



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Albo Abbas, Vasconum Apostolus, & martyr. cap. XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

S, VVICPETRVS,
Sorabum, & Frisiorum Apollolus,
& Martyr.

qui
Posuit Domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciavit. Isa. 42. Cap. XLI.



ONACHI habitu, Griphonem argenteum in campo viridi, quæ sunt Sorabum insignia, manibus gestantis, S. Rainaldum insequitur S. Vuicpertus, siue Vuidbertus, monachus Ripensis in Anglia. Hic Egberti sanctissimi Episcopi iussu, anno Domini circiter 700. Frisiam antiquam ingressus, ad fidei dilatationem, eum duobus annis frustra in prædicando laborasset, ad cœnobium suum reuersus est. Sed ab eodem Egberto postmodum ad Frisiorum Saxonum, sunt autem illi Sorabi, Hunni, Dani, Rugini, & Boruchtuarij, conuersionem missus, post multos populos ad fidei confessionem adductos, Postilandiam accessit, ubi diro tormento à Radbodo Rege ingulatus est, eo quod Christiani eo loci eius suggestione delubra Iouis, & Fostæ destruxissent Naralis eius quando incidat ignorant. Beda hist. Angl. lib. 5. c. 10. Vita S. Suuiberti Episcopi, c. 7. & alij.

S. ALBO ABBAS,

Vasconum Apollolus, & Martyr:

per eum

Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Isa. 9. Cap. XLII.



Vic proximus est S. Aibo, siue Abbo Floriacensis Abbas, qui post multos in prædicatione fidei apud Vascones perperis labores, ibidem pro eadem fide martyrio coronatus est an. Do. 1003. (non autem à Monachis suis occisus, ut quidam non recte putauerunt) ad idq; illius Regionis arma antiqua, Carbunculum

TTt 3 lum

lum nigrum scilicet, in aurea parma depictum, pro victorie triumpho reportat. Scripsit super calculo Victorij, lib. 1. Additiones in eundem, lib. 1. Vitam eius composuit F. Haymo monachus Floriacensis. *Sigebertus ad an. 994. & 1003. Fasciculus temporum. Triptemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 62. & de script. Eccles. & alij*

S. ADALBERTVS

Episcopus: Boiemiæ, Hungariæ, & Poloniæ
Apostolus, & Martyr.

Ambulabunt, enim, gentes in lumine eius, & Reges.
Isa. 60. Cap. XLIII.



AVIO superius conspicitur quidam miræ pulchritudinis, & suauissimi saporis fructus, cuius gula non parum recreati sunt multi Sarmatiæ populi. Is est S. Adalbertus, Voytichius ante vocatus, et monacho monasterij Bergensis S. Iohannis postea Magdeburgum, Pragensis Episcopus secundasque Episcopi habitum, Leonem argenteum in parma militari tribuissetum, insignia Boiemici regni, pro victoria reportat. Nationemque Boiemus cum esset, in hoc unum semper incubuit, ut patriam, quæ veri Dei esset adhuc ignorans, lumen fidei à S. Methodio aliqua ex parte accensum, inferret, quod ut fideliter, & audacter accipit, ita & strenue executus est. Longius deinde progressus S. Stephanum primum Hugarorum in Pannonia Regem, cum omni populo suo sacro baptismate abluir, & Euâgelij messem illis in provincijs primus intulit. A Miecislao postmodum, Poloniæ Duce, accitatus, eundem cum omni populo suo ab Idolorum cultura auertit, & Gentilitatis errore fugato, sacræ fidei cultum in Polonia plantauit. Appropinquante autem laboris sui termino, Livoniam & Prussiam adiit, ut si quo modo posset illos quoque populos fide Catholica imbueret. Fecit hoc in multis, quorum causa terram Idolorum sacrificuli, eum sacram Ostiam Domino offerret, Christo Ostiam sacrificauerunt, anno 997. die 23. Aprilis. *Leob. Dubraius in hist. Boiem. li. 6. Aeneas Silvius c. 19. Bonfinius de reb. Polon. li. 1. dec. 2. Matthias Michouius de reb. Polon. lib. 2. c. 8. Martinus Cromerus, lib. 3. Crantzius in Saxonia sua, lib. 4. c. 28. & alij infamati.*
S. B. E.